accingetis. calciamenta
habebitis in pedibus tene-
ntes baculos in manibus
et comedetis festinanter
est enim phase id est transitus
domini. tractus
Eripe me domine ab homine
malo a viro iniquo li-
bera me. V. Qui cogitaverunt
malitias in corde tota
die constituebant prelia. V.
Acuerunt linguas suas sicut
serpentes venenum aspidum
sub labiis eorum. V. Custo-
di me domine de manu peccatoris
et ab hominibus iniquis li-
bera me. V. Qui cogitaverunt
supplantare gressus meos
absconderunt laqueum michi. V.
Et funes extenderunt in
laqueum pedibus meis iuxta
iter scandalum posuerunt michi.
V. Dixi domino deus meus es tu
exaudi domine vocem orationis mee.
Domine domine virtus salutis mee obumbra super
caput meum in die belli.
V. Ne tradas me a deside-
rio meo peccatori cogita-
verunt adversum me ne dere-
linquas me ne umquam exalten-
tur. V. Caput circuitus
eorum labor labiorum ipsorum
operiet eos. V. Verumtamen
iusti confitebuntur nomini tuo
et habitabunt recti cum vultu tuo.
finito tractu passio super
nudum pulpitum dicitur.
Passio domini nostri
ihesu christi secundum iohannem. 18
In illo tempore
Egressus est ihesus
cum discipu-
lis suis trans to-
rrentem cedron ubi
erat ortus in quem
introivit ipse et di-
scipuli eius. Sciebat
autem et iudas qui
tradebat eum locum quia
ihesus frequenter conveniebat
illuc cum discipulis
suis. Iudas ergo cum
accepisset cohortem et a
pontificibus et phariseis
ministros venit illuc
cum lanternis et facibus et
armis. Ihesus itaque sciens
omnia que ventura e